

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

a. 1627 (1)

THEOGNIDIS MEGARENSIS SENTENTIÆ ELEGIACÆ,

cum interpretatione & Scholijs.

— ELIÆ VINETI.

ACCESSERVNT ET HORVM

Pœtarum opera Sententiosa :

| | |
|------------|--------------|
| Phocylidis | Rhiani |
| Pythagoræ | Eratosthenis |
| Solonis | Panyasidis |
| Tyrtæi | Lini |
| Naumachij | Menecratis |
| Callimachi | Posidippi |
| Mimnermi | Metrodori |
| Eueni | Simonidis. |

Senariorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, & ad verbum

conversa per IACOBVM HER-

TELIVM Curiansem.

Adiecta quoq; est omnium versio, Latino
Carmine à diuersis expressa.

Ὁὐ πρὸς δ' ἀπαιτῆς ἐστὶν δεξιόσμι καλῶς.



AMPLISSIMIS,
PIETATE, PRVDEN-
TIA, AC ERVDITONE
præstantissimis viris, D. Cofs.
& Senatoribus Reipublicæ
Saluendensis, Dominis
ac Patronis suis obseruandis.

S. P. D.



Vandoquidem Viri amplif-
simi, nihil animis hominum
magis inhæret, quàm id, cui
à teneris consuescunt: idç
quod tenerum est, vt ait Se-
neca, proximis applicatur:
vniuersæ hominum societa-
tis permagni interest, vt ab ineuntibus sta-
tim annis mortales optimis, quæ per totam
vitam vsui futura sint, assuescere discant.
Quia verò ætatis imbecillitate iuuentus ad
malum quàm ad bonum procliuior, minus
côsiderat profuturane an obfutura sint, quæ
tractat: opus est, vt per adultiores, quibus
cura eius qualicunç modo incumbit, à tur-
pibus ad honesta, à vitijs ad virtutum amo-
rem deducatur. Id autem nulla commodio-

E P I S T.

re via, quàm per liberalem institutionem, fieri potest. Tanta enim eius vis est in vtramque partem, vt nulla tam bona possit esse natura, quin illius quasi excolendæ cura intermissa, vitiosa reddatur: nulla item tam mala sit, quæ non ad frugem liberali ac fideli institutione redigatur. Proinde cum adulta hominum ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; sit, quàm rudes illi iuuentutis anni, qui instar ceræ quamlibet impressionem facile admittunt: tum generosi mores, vt ille ait, imbuendi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuescendum, eaq; discenda, quæ nec grandinem, nec vim, nec Iouem ipsum, vt Plato inquit, extimescant: quæ quoque cum naufrago salua enatare, nec à latronibus eripi queant, cum ad quæuis cereum adhuc est ingenium. Nam postquam annis iam quasi diriguit animus, partim ægrè, quorum praua consuetudine fuimus infecti, dediscimus: partim, quæ nescimus, non nisi maxima nobis inculcari difficultate possunt. Quò elegantissima metaphora hac respexisse videtur Ouidius:

*Quæ præbet latas arbor spaciantibus umbras,
 Quæ posita est primum tempore, virga fuit.
 Tunc poterat manibus summa tellure renelli,
 Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Hæc

DEDICATA.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil nõ egit, vt Respublicæ optimè constitutz in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum conuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quàm morum vitæq; præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesq;, & cum literis parum vtiles fore homines, nisi honestati vitæ quàm primùm assuescerent. Plus enim deficere quàm proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectum, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum virtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poëtæ, qui vel mira ingenij industria clarorum Virorum egregia facta in exemplū posteritati descripta reliquissent: vel quàm breuissimis, maximeq; illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facilè primas obtinuerūt: vnde & nomen illorum in maximo cultu, maximaq; veneratione apud optimos quo suis extitisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidam sol, huiusmodi Poëtæ non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tantum

E P I S T.

abest, ut è Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poëtica arte ad lasciuiam, turpesq; amores abusi erant) ut & ipse testimonijs eorum vsus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumeta euolendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberrimâque apud ipsum Solonis, Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatu est, Euripide Tragico familiarissimè vsu esse, nemo nescit. *Μουσῶν ἰσοπέποιθε καὶ ἑστῶν ἀγοράν* ab Hesiodo & Pindaro nuncupantur. Strabo autem lib. I. de Situ orbis scriptum reliquit, veteres *τὴν πῶρτιον ἀντιφρονίαν*, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quandam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationes perducatur, mōres atq; affectus edoceat, quæq; gerenda. declinandq; sint, quadam cantus suauitate præcipiat. Et quò magis suam erga huiusmodi *ἀντιφρονίαν* gratitudinem testatam redderent, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq; integritatem excitarent: statuis ac imaginibus eos honestari, poëmata ipsorum in publicis Deorum celebritatibus, alijsq; conuentibus recitari, optimasq; sententias templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis
Numi.

DEDICAT.

Numinibus vsurpatis, affigi, nec non aureis
preciosisq; materijs insculptas ad omnem
posteritatem conseruari curauerunt. Quem-
admodum ex Platone, Xenophonte, Pausa-
nia, Plutarcho, Athenæo, alijsq; vetustissi-
mis scriptoribus & iam dicta, & alia plura de
Poëtarum excellentia & vtilitate cuius ob-
uia sunt: nec patitur epistolæ angustia huc o-
mnia referre. Etsi verò Christianæ professo-
nis homines, sinceræ Religionis Pietatisq;
studium non ab huiusmodi autoribus, sed ex
sacro sanctæ Scripturæ fontibus petere debēt
& possunt, vt quæ sola salutem & æternam be-
atitudinem per I E S V C H R I S T I veri Dei,
veriq; hominis meritum credentibus para-
tam esse monstret, præceptaque ad Christia-
nam vitam vtilia copiosissimè præscribat:
tamen Poëtarum quòq; (qualium scripta iu-
uentuti proponimus) lectionem & vsurpa-
tam, & in non contemnēdo precio habitam,
habēdamq; esse, grauisima sanctissimorum
in Ecclesia Dei virorum exempla & autori-
tates comprobant: quarum paucissimas, ob
eos qui parum dextrè de Poëtis sentiunt, in
medium proferre placuit. D. Paulum, ele-
ctum illud Dei omnipotentis organum. Poë-
tarum libros euoluisse, & vt Clemens ait, ad
ædificationem curamq; aliorum, testimonijs
eorum vti nō erubuisse, Sacrarum literarum

EPIST.

veritas testatur. Sic Act. 17. vbi Deum esse
 probat, Aratum vetustissimum poëtam ci-
 tat. 1. Cor. 15. ex Menandro Comico malo-
 rum consortia fugienda monet, quòd pravis
 colloquijs boni mores corrumpantur. Cre-
 tensium mores Tit. 1. ex Epimenide vate Cre-
 tensi graphicè depingens ait: κήτερος ἀείψου-
 σαι, κἀνὰ θυρία, γαστήρ & γυαί. Gregorius Na-
 zianzenus, ob excellentiam Theologus di-
 ctus, scriptis poëtarum mirè delectatus est,
 & sacrorum carminum volumen posteritati
 reliquit: quod non solùm priscis temporibus
 propositum est pueris, vt Socrates, Sozome-
 nus, Orosius & Eutropius scribunt, verùm e-
 tiam hodie à doctissimis Viris in delicijs ha-
 betur. Quid de Iohanne Chrysofostomo Pa-
 triarcha Constantinopolitano sub Arcadio
 & Honorio Impp. Anno Christi 401. dicam,
 qui Aristophanis Comœdijs etiã noctu pro-
 puluino vsus est? Quid de Eustathio Thessa-
 lonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in
 Homerum, ingeniorum fontem, Commen-
 tarij extant? Neq; mihi hoc loco temperare
 queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsarien-
 sis, cui virtutum splendor Magni cognomen
 peperit, verba adscribam, de eorum Poëta-
 rum lectione, qui bonorum hominum dicta
 factaue narrassent: quales præ cæteris fue-
 runt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Pho-
 cyli-

D E D I C A T

cylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, & alij.
 Sic ergo in Admonitione ad adolescentes,
 quo pacto ex gentilium scriptis proficere
 queant, ait: *Ὅτι τάτα παρὰ σκώλιον ἔ ποιηταῖς,
 καὶ λογοποιαῖς, ἔ ρήτορσι, ἔ παῖσιν ἀνθρώποις ὁ-
 μιλητίων, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τ' ψυχῆς ἴπι-
 μέλῃαν ὠφέλιμά τις ἴστωσιν. καὶ μετ' ὀλίγον: εἰ
 μὲν ἂν ἐπί τις οἰκίότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις,
 πρῆρον ἂν ὑμῖν αὐτῶν ἡ γινώσις γένοιτο: εἰ δ' ἢ μὴ,
 ἀλλὰ τό γε παρὰλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ
 ἀγαθόν ἢ μικρὸν εἰς βελτίωσιν τῆ βελτίον.*

Hoc est: Poëtis & Oratoribus omnibus ho-
 minibus utendum, unde futura sit aliqua uti-
 litas, quæ ad animæ faciat ædificationem. Et
 paulò post: Et si nostrorum sermonum atq;
 gentilium vlla est cõuenientia, nobis illorum
 valde conferet noticia: sin minus eos saltem
 simul conferendo differentiam discere lice-
 bit, cum ad melioris optionem atq; delectum
 non parum comparatio valeat, & inferiora
 sæpe collata sint potioribus ornamento. Nec
 ab his dissentit Philo sapientissimus, dum li-
 bro de Agricultura, de puerorum studijs in
 hunc modum disserit: *Φυτεύσω δ' ταῖς μὲν ἐν
 ἡλικίᾳ παιδικῇ ψυχῆς μοχλεύματα, ὧν ὁ καρ-
 πὸς αὐτὸς τιθωθήσεται. εἰς δ' ταῦτα, ἢ τῆ γρά-
 φῃ καὶ ἀναγνώσει ἔυσοχ.* Ἰππηδῶσις, ἢ τ'

EPIST.

παρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀκριβοῦς ἱστορία, γεωμε-
 τρία, καὶ ἡ περὶ τὰς ῥητορικὰς λόγους μελέτη, καὶ
 ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μετοχή.
 Quæ verba Latinis auribus sic sonant: Infe-
 ram autem primùm in puerilis ætatis ani-
 mas, siveulos, quorum fructus ipsas enutriat.
 Sunt autem hi, scribendi legendiq; certa in-
 dustria, eorum quæ apud sapientes poëtas
 habentur diligens scrutatio, geometria, ora-
 toriæ facultatis meditatio, & vniuersa libe-
 ralis musica. Atq; hæc quidem de Poëtarum
 autoritate & lectione pauçis attigisse, non
 planè ἐκ τῶς ἡμετέρας, sufficiat. Haud enim
 parem humeris susciperem provinciam, si ex
 singulis Christianis scriptoribus (vt de genti-
 lium myriadibus taceam) Poëtarum & lau-
 des colligere, & osorum calumnijs occurre-
 re conarer. Ego itaq; tantorum virorum iu-
 dicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius
 informandæ mihi quoq; cura incumbit, hæc
 in parte, quod ad optimorum Poëtarum stu-
 dium attinet, labore quidem duro, animo ve-
 rò non ægro consulere studeo, cum hæc me-
 am esse Spartam non ignorem. Mirificè enim
 peritæ rerum antiquitatis, quæ, vt Plato vult,
 κρείττωρ ἅμα καὶ ἔγγυτις ἀειδιόνηστον, exemplum
 sequi, & quantum par est, alijs ad idem faci-
 endum autor esse placet. Hæc de causa, cum
 labores nostros, quos in Comicorum L. scri-
 ptis

D E D I C A T.

ptis ab interitu vindicandis exhauſimus, bonarum literarum ſtudioſis non ingratos animaduertentem: facile, nunquam ſatis laudati viri D. Iohannis Oporini, Compatriſ ac amici mei obſeruandis, conſilio acquieui, quo me, ut horum quoque Poëtarum, quos hic damus, ſcripta collecta iuuentutis ſtudijs communicarem, incitauit. Theognide ergo $\gamma\omega\mu\mu\kappa\omicron\lambda\tau\omega$, cū verſione & doctiſſimis ELIAE VINETI Annotationibus, ex arbitrio D. Typographi, præmiſſo, reliquorum autorum omnium ſcripta ex diuerſis hinc inde autoribus congeſſimus, congeſta fideliter interpretati ſumus, & ad puerorum captum quàm proximè accommodauimus. Nec iuuenilibus ingenijs inutilem hanc noſtram operam fore ſperamus. Caſtiſſima enim ſaluberrimaque de moribus præcepta proponit, quæ uſum non pœnitendum in omnes vitæ huius partes, ſi rectè percipiuntur, ſint allatura. Præterea Græcæ linguæ (quæ compertiſſima eſt in his autoribus) cum Latina collatio, non parum emolumentum ad vberiore eruditionis theſaurum comparandum adferret: ijs præſertim, qui aliàs viua magiſtri voce deſtituti, ipſi ſibi præceptores eſſe in Græca literatura coguntur: ut plures commoditates, quas præter iuniores etiam adulti hinc haurire poſſunt, ſciens præteream. Neque pa-

rum

rum tamen doctissima Stobæi interpretatio, unde non paucas sententias transcripsimus, nos iuuit. Versionum Latino carmine, sui cuiusque interpretis nomine præfixo, ne alienis nos ornare plumis videremur, subiecit, ut Græcæ elegantia cum Latina melius perspiceretur conuenientia, ab ijs qui iam absque cortice in Græco studio natare queunt. Non dum carmine reddita, pro nostra tenuitate pedibus astrinximus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis varietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaque vitæ laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poëtarum Opus teneris puero- rum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi, vobis inscribere, librumque Scholæ vestræ consecrare, maximè necessarium duxit, ut sub amplissimi nominis vestri patrocinio (quod quàm eximium erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est, quàm ut nostro præconio indigeat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, moribus in communem inuentus usum prodiret: tum in primis, ut grati
tandem

tandem animi iudicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ vestræ in me beneficijs. Cum enim puerilium studiorum partem non postremam Scholæ vestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoribus M. CHRISTOPHORO HOFFMANNO, & IOANNE TVMLERO (D. CASPARE AQUILA primariam Ecclesiæ curam gerente) feram acceptam: gratitudinis officium videbatur requirere, tam pro his, quàm pro alijs civium vestrorum in me meritis, chartaceo hoc munusculo, cum aliud non esset, restatum omnibus reddere, memoriam humanitatis vestræ nondū apud me tenuisse: si forte alij meo exemplo excitati meliora, nominiq; vestro amplissimo magis conuenientia darent, & tandem & χαρισίας turpissimum crimen à Christiano cœtu exulare inciperet. Etsi verò per se satis exiguum est munusculum hoc, nec dignum quod cum P. V. officijs conferatur: tamen, si pro vestro favore erga liberalia studia & iuventutis honestam institutionem, offerentis animum respexeritis, nō minus gratum confido futurum, quàm si vel Colophonium aurum à me P. V. oblatum esset. Quæ spes ne me fallat, per eam, qua omnes φιλομάθει̃ς prosequi soletis, benevolentiam, etiam atq; etiam oro. Deus opt. maximus, æternus

Pater

EPIST. DEDICAT.

Pater Domini nostri IESU CHRISTI,
P. V. confilia & actiones ad sui nominis glo-
riam, & Ecclesie, Scholæq; communem
salutem dirigat, vosq; omnes in sui agni-
tione vera conseruet, Amen. Basileæ, ex
Ludo literario ad D. Petrum, 8. Calend.
Febr. Quo die, vt quidam volunt, ante an-
nos 1527. Paulus Tarsensis ad pœnitenti-
am reuocatus diuinitus, hostili in Christia-
nos animo deposito, CHRISTI,
dogmata amplexus est: quem
admodum Lucas A&.
9. scripsit.

P. V.

deditissimus

Iacobus Hertelius
Curiensis.

ELIAS VINETVS

SANCTO LECTORI



VM ocij plurimum Anno superiore apud Franciscum Sangelasium Engulismensis Ecclesie Decanum, virum cum generis splendore, tum ingenij dexteritate apprimè nobilem, nactus fuisset: id totum, quantum per aduersam valetudinem licuit, in iucundissima Græcorum Poëtarum lectione à me contritum est, qua quidem in re consilium eorum lubens secutus sum, qui antiquos scriptores eo legendos ordine censent, quo & vixerunt, & scripserunt: quòd recentiores à vetustioribus semper habeant quidpiam, quod non facile intelligas, nisi prius illos diligenter legitis. Perlectis igitur, quorum fuit copia, vetustissimis quibusque, cuiusmodi sunt Homerus & Hesiodus, Theognidem tandem in manus sumpsi: cuius sententias licet graues esse non dubitarem, eo tamen intellectu mihi faciles fore sperabam, quòd crederem nil esse illic quod à posterioribus, quos aliquando legeram, non fuisset luculentius tractatum. Verùm vix dum è portu solueram, cum tot subito emergunt scopuli, tot statim obortæ

ortæ nubes, cœlûmque diêmque eripiunt oculis, vt à proposito facilè his deterritus fuifsem: nisi cupido huius conficiendæ æquoris me planè obftinata iam inde cepiffet, ex quo primum à præceptoribus meis, Aristotelis aliorumq; veterum fcripta prælegi mihi cœpta fuerant, quæ huius Poëtæ fententijs veluti fuaniffimis fofculis infperfa effent.

Cùm igitur pergere obfirmato prorsus animo certum effet, quæ ad tam difficilem periculofamq; rem conficiendam conducere vifa funt, ea diligenter omnia adhibui, cuiufmodi funt cùm variorum codicum, locorumq; ex eodem autore ab alijs fcriptoribus citatorum diligens collatio: tum fyncerum & acre amicorum meorum, virorum doctorum, vnâ cum meo, iudicium: inter quos PETRVS PANÆTIVS, & IACOBVS GYPVLVS, facilè principes. Qua quidem diligentia abfciffis, abiectis, tranfpofitis multis, effectum tandem eft, vt inftituto fatisfecerim meo, perlegerim bonum poëtam, eorumq; quæ in eo corrupta erant, bonam magnamq; partem obiter caftigauerim.

Cæterùm cum in eo totus effem, Iohanni LODOICO TILLETANO, typographo diligentiffimo, rem patefecì, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exemplaris gra-

EPISTOLA.

ris gratia aliquando me contulisset: quam vbi intellexisset, rogauit vehementer, vt si quid haberem in eum autorem, quem esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem perfacile impetrauit ille, quando ineunte hac æstate huc veni, candido lector: cui in tuam gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris, quem autorem vtinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam deprauatus fuit, tam lacer, tam mancus, vt nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet vigilijs id præstare potuerim. Quæ res in causa est, vt in Latinum sermonem à me conuersum non habueris. Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio interim dum fœlicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunque est, fruaris, eumq; boni consulas velim. Vale, Lutetiz. Calendas Sextil. 1543.

B

THE

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

SOLONIS

Ex eodem.

*Iste enim omnium rex & dominus est,
Et vel ex mortalibus nemo imperium tale habet.*

Eiusdem.

Omnibus hominibus obscura mens deorum est.

Eiusdem Solonis.

*Primum quidem Ionem dominumque regemque precamur,
Ut legibus his prosperum successum & gloriam largiatur.*

Apollo ad Solonem.

*In media nave gubernatoris munere
Subiens, multi Athenienses tibi adorant adiutores.*

Eiusdem Solonis.

*Nunc autem Veneris & Bacchi munera grata mihi sunt,
Et Musarum, qua gaudio hominum efficiunt & recreant.*

Eiusdem.

Senesco autem semper multa discens.

FINIS RELIQUIARUM

Solonis.

EX TYRTÆO, DE VIR-

tute bellica.

AUDACIAE LAUS.

Non memoradus mihi vir, nec in precio habendus
Sed virtutis pedum seu gratia lucta: (videtur:
Nec si Cyclopus habeat magnitudinem & robur,
Et curranda vincat Thracium Aquilonem;

Et

ΕΝΤΕΝΤΙΑΙ.

ἐκ τῆς αὐτῆς.

αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς καὶ κείρωται ἐν
ἀβασάτων τε, ἰδὲ ἔτις ἐξήρατο κείρωται ἄλλω.

Ἐ αὐτῆς.

παντὶ δ' ἀβασάτων ἀφαιρῆς νόμω ἀνθρώποισι.

Ἐ αὐτῆς.

πρῶτα μὲν ἐυχόμεθα διὲ κρονίδη βασιλῆι,
θεσμοῖς τοῖς δε τύχῃ ἀγαθὴν καὶ κῦδος ἐπάσσει.

δοτόλων πρὸς σόλων.

ἦσο μέσσω κατὰ νῆα κλυδερνητῆρων ἔργων
ἐπιβύων, πολλοὶ τοὶ ἀθηναίων ἐπίσχυροι.

Ἐ αὐτῆς σόλωνω.

ἔργα ἢ κλυδερναῖς νῦν μοι φίλα, καὶ δικύσση,
καὶ μεσίον, ἀτίθησ' ἀνδράσιν ἐυφροσυνίαι.

Ἐ αὐτῆς.

γενέσκη δ' αἰὲ πολλὰ διδασκόμενοι.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΣΟΛΩ-

ΝΩ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ.

πρὸς πολεμικῆς ἀρετῆς.

ΒΗΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

Ὅτι ἀνμνησαίμεν, ἔτ' ἐο λόγῳ ἀνδρα τίθειν.
ἔτι πεδῶν ἀρετῆς, ἔτι παλαισμοσυνίαι:
ἔδ' οἱ λυκλώπων μὲν ἔχει μέγθος τε βίβω τε.

νικῶν ἢ φείων ἀθρήκων βερέκω.

Et forma sit vel ipso Tithono praestantior,
 Et locupletior quam aut Midas aut Cinyras reges
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno vincat,
 Linguamq; Adrasti suauissimam habeat.
 Neq; si gloriam omnem praeter bellicam fortitudinem
 Non enim vir bonus est in bello, (habeat.
 Si non sustineat cadem videre cruentam,
 Et propius hostem stare cupiat.
 Hac virtus est, hoc optimum inter homines premium,
 Et maxime decorat virum iuuenem, a quo geritur.
 Commune hoc bonum est civitati, & uniuerso populo,
 Si quis vir progressus inter pugnantes in prima acie
 Costanter, turpisq; fuga prorsus obliuiscatur, (maneat,
 Vitam & animum patientem obijciens periculo.
 Animetq; ad mortem obeuntem proximum virum a-
 Hic vir bonus est in bello. (stans:
 Statim vero hostium in fugas vertit phalanges
 Asperas, suaq; industria praelij fluctus regit,
 Ipse aut in prima acie prostratus charam amittit vitam,
 Civitatem, & populos, & patrem honestans:
 Multis per pectus & scutum rotundum vulneribus,
 Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.
 Hunc vero lugent pariter iuuenos, senesq; (tur.
 Et gravi desiderio tota civitas funus ipsius prosequi.
 Huius sepulchrum, et liberi inter homines praecleari sunt,
 Itemq; nepotes, & omne posterorum genus.

εἰ τιθωνοῖο Φυλῶ χαριέστερον εἴη,
 πλετοῖη ἢ μίδωα καὶ τ' κινύραο πλείου:
 εἰδ' εἰ ταυταλίδωα πέλοπτον βασιλεύτερον εἴη,
 γλώσσαν δ' ἀδρήσθ μελιχόγηρον ἔχει.
 εἰδ' εἰ πᾶσαν ἔχει δοξάν, πλεὺν θέριδτον ἀλκῆε.
 εἰ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
 εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὄρων φόνον αἰματόενται,
 καὶ δῆϊων ὀρέγοιτ' ἐγθύθεν ἰσάμεντον.
 εἰδ' ὄρετῆ, τόδ' ἀεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἀριστον,
 κιάλλισόν τε φέρην γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.
 ξυῶν δ' ἐσθλὸν τῆτε πόλλῆ τε πασι τε δήμῳ,
 ὅστις ἀνὴρ λαβᾶς ἐν προμάχοισι μὴ
 νωλεμείας, αἰχρᾶς ἢ φυγῆς ἄππἀγχυ λάβηται.
 ψυχῶν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμεντον:
 θαρσυνῆ ἢ πεσῆν τ' πλησίον ἀνδρα παρσυνῶς:
 εἰδ' ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.
 αἰψα ἢ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας
 τρηχείας, παρδῆ τ' ἔχεθε κῦμα μάχης.
 αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσῶν φίλον ὤλεσε θυμὸν,
 ἄσυν τε καὶ λαῶς καὶ πατέρων κλιῖσας:
 πολλὰ δ' αἰ εἴροιο καὶ ἀσπίδτον ὀμφαλασέσσης,
 καὶ δ' αἰ θώρηκτον πρόσθεν ἐληλαμῆτον.
 τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἠδὲ γέροντες,
 δὲγαλέῳ ἢ πόθῳ πᾶσα κίεκηδε πόλις.
 καὶ τύμβον, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις δόξισιμοι,
 καὶ παῖδων παῖδες, καὶ γῶν ἐξοπίσσι.

ταικι-
 νύραο
 βάθου.

Nunquam eius bona gloria interit: neq; nomen ipsius:
 Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.
 Quem se fortiter gerentem, manentēq; & pugnancem,
 Pro patria & liberis vehemens Mars peremerit.
 Quod si effugerit sortē mortis longū inducentis soporē,
 Et victoria positus splēdidā gloriā pugna auferat,
 Ipsum ex aequo omnes iuuenesq; senesq; colunt,
 Multiq; incundis affectus ad orbem abis.
 Senescens autem inter cives pracellit, neq; quis illum
 Ladere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.
 Omnesq; in sedibus iuuenes simul & aequales
 Loco cedunt ei, quiq; maiores nati sunt.
 Huius igitur virtutis ad summū peruenire, nunc ali-
 Nitatur animo, non remittens bellum. (quis
 Eiusdem: aliās Callini.

Quamdiu torpetis? quando strenuam habetis animam
 O iuuenes? an non veremini vicinos,
 Ob tantam ignamiam? In pace autem vobis videmini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.
 Quin scutum aliquis arte in pralio hosti obtendat:
 Et aliquis moriens ultimo iaculum emittat.
 Honori enim est & ornamento viro, pugnare
 Pro patria & liberis & tenera uxore
 Aduersus hostes. Mors autem aderit, quando cunq;
 Parca destinauerint. Sed age quispiā rectā pergat
 Extenso in alium gladio, & sub scuto forte pectus
 Foveat

S E N T E N T I A E .

ἔδ' ὅτε κλέος ἰοφλὸν δολιχόλυται, ἔδ' ὄνομα αὐτῆ,
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς πόριον γίγνεται ἀθάνατος.
 ὄντιν δ' ἔριζύοντα, μύλοντά τε, μαριάμεσον τε
 γῆς πέρι καὶ παίδων θυρῶν ἄρης ὀλίγη.
 εἰ ἢ φύγει μὲν κῆρα ταηλεγυῶν θανάτου,
 νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν εὐχῶν ἔλοι,
 πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι, ἦ δὲ πωλαῖοι,
 πολλὰ ἢ τερπνὰ παθὼν ἔρχεται εἰς αἰδώς.
 γηράσκων δ' ἀσοῖσι μεταπρέπει, ἔδ' εἰς αὐτὸν
 βλάβην, ἔτ' αἰδῶς ἔτε δίκης ἐθέλει.
 πάντες δ' ἐν θάκοισιν ὁμῶς νέοι, οἳ γε κατ' αὐτὸν
 ἔκαστ' ἐκ χώρης, οἳ τε πωλαῖότεροι.
 ταύτης νῦν τις ἀτὴρ δρετῆς εἰς ἄκρον ἰκίεσθαι
 πφράσθω, θυμὸν μὴ μεθίσις πολέμου.

Ἔ αὐτῆ, ἡ Καλλιπία.

μέχρι τῶ κατὰ κείθε; πότ' ἄλκιμον ἔχετε θυμὸν,
 ὦ νέοι; ἔδ' αἰδέσθαι ἀμφοτεροκίβητας,
 ὦ δὲ λίλο μπιέντες; ἐν εἰρήνῃ ἢ δοκῆτε
 ἦσθαι, ἀτὰρ πόλεμον γαῖαν ἀπασαν ἔχει.

* εὐνύ τις ἀσπίδα θείσθω ἐρασιβίως πολέμίζωμ.
 καὶ τις δολιχόλυται ὕσατ' ἀκοντισάτω.
 τιμῆν τε γάρ εἰσι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, καὶ παίδων, κεραιδῆς τ' ἀλόχου
 δυσμενέσθω. θάνατος δὲ ποτ' ἔοσιαι, ὅπποτε κεν δὴ
 μοῖραι θηκλώσσωσ'. ἀλλὰ τις ἴθυσ ἴτω,
 ἔγχεσ' ἀναχόμενος, καὶ ὑπὸ ἀσπίδος ἄλκιμον ἦτορ
 ἔλσας

* Huic hexame-
 trum D.
 Came-
 rarius
 de suo
 supplē-
 uit.

Foveat, cùm primùm incipit committi pugna.
 Non enim morsem effugere fatale est

Virũ, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.
 Sape quis elapsus è pugna sonitũq; telorum

Evadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
 Atq; hic sanè nec amicum est populo, nec gratus:

Illum verò magnus & pravius desent si quid passus
 Unversus enim populus vstrũ fortem desiderat (fuerit.

Defunctum, viventem verò instar semidei colit.
 Nam coram intuentur illum velut turrim:

Quippe solus multorum aequat facinora.

Eiusdem.

Veruntamen Hercules genus iniunctum estis:

Confidite, nondum Iouis facies aversa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidetis, aut metuatís,

Quin rectà quisq; hostibus scutum obuertat
 Invisam amissurus animam, mortisq; nigrum,

Sed solis splendori gratum sibi turus fatum.
 Nostis enim quàm gravia sint Martis luctuosi opera,

Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

Iuvenis, utrunq; satis experti estis.
 Nam ex illis qui audent unà persistentes

Cominus in hostes aduersos impetum facere,
 Perpauci occidunt, retroq; servant populum:

Timidorum autem virorum omnis perit virtus.

Vix

ἔλσας τ' πρώτον μιγνυμένη πολέμῳ.

ἔ γάρ πως θάνατόν γε Φυγαῖν εἰμαρμένην ἐστὶν
 ἄνδρ', ἐδ' εἰ προγόνων ἢ γῆθ' ἀθαλάτω.
 πολλάκι δ' ἰότητα Φυγῶν καὶ δῆπον ἀκόντων
 ἔρχεται. ἐο δ' οἴκω μοῖρα λείχεν θανάτω,
 ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ ἔμπας δῆμῳ φίλθ', ἐδὲ ποθὲν ἔ
 τὸν δ' ὀλίγθ' σινάχῃ, καὶ μέγας, ἦν τι πάθῃ.
 λαῶν γ' ἑύμπαιτι πῶθθ' κρατερέφρονθ' ἀνδρῶν
 θνήσκοντθ', ζῶων δ' ἄξιθ' ἡμιθέων.
 ὡσπερ γάρ μιν πύργον ἐο ὀφθαλμοῖσιν ὀρώσῃ,
 ἔρδῃ γ' πολλῶν ἄξια μὲνθ' εἶμ.
 ἔ αὐτῆ.

ἀλλ' Ἡρακλῆθ' γ' ἀνίκητον γῆθ' ἔσει :
 θαρσῆτ', ἔπω ζεὺς ἀνχένα λοζὸν ἔχῃ.
 μηδ' ἀνδρῶν πλῆθῳ δ' ἡμαίνετε, μηδὲ φοβείσθε,
 ἴθυσ δ' ἐς προμάχους ἀσπίδ' ἀνήρ' ἐχέτω,
 ἐχθρῶν μὲν ψυχῶν θέμενος, θανάτω ἢ μελαίνας
 ἀύγαῖσθ' ἑλῆρας ἡλίμο φίλας.
 ἴσε γ' ὡς ἄρ' αἰς πολυδακρύτω ἔργ' ἀρίσθ' ἔχει,
 εὖ δ' ὀργῶν ἐδάπτ' ἀγαλῆς πολέμῳ.
 καὶ μὲν φθγγόντων τεδιωκόντων τ' ἐχθροῦς,
 ἄνιοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κέρρον ἡλάσσετε.
 οἱ μὲν γ' τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μίνοντες,
 ἐς τ' αὐτοσχιδίλω καὶ προμάχους ἰέναι,
 πικρότεροι θνήσκουσι, σώσει ἢ λαῶν ἐπίσσω.
 τρεσάντῃ δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετῆ.

Vix autem aliquis verbis explicare possit,

Quanta incurrat mala vir qui se turpiter dederit,
Ignominiosum namq; est tergum sanciare

Viri fugientis in aduerso praelio.

Turpe quoq; est cadaver in pulvere prostratum,

Aq; tergo hasta cuspide vulneratum.

Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede

Terra infixo, labia dentibus premordens :

Femora & tibias infernè, nec non pectus humerosq;

Lati clypei umbone contegens.

Dextra verò manu validam hastam torqueat,

Terribilemq; in capite cristam excutiat.

Fortia aggrediens facta discat bellare,

Nec à telis procul absit clypeum gerens.

Sed congregiendi quispiam, cominus longa hasta

Vel gladio percussurus socium sibi accipiat &

Pedem pedi innuens, clypeumq; clypeo admonens,

Nec non cristam crista, galeamq; aptans galea,

Pectōriq; obuerso pectore contra hostem pugnet,

Vel gladij capulo, vel hasta pralonga arrepta.

Vos aut̄ leuis armatura milites sub scuta aliunde aliq̄

Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,

Hastasq; laeues contorquete in hostes,

Vestram prope armaturam permanentes.

Eiusdem.

Præclarum est, in prima acie si occidat

S E N T E N T I A E .

ἔδ' εἶς δ' ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνίσφεν ἕκαστα,
 ὅσ' ἂν αἰχρὰ πάθῃ, γίγνεται ἀνδρὶ κακὰ.
 δρυγαλέον γὰρ ὅπιοθ' ἐμετάφρενον ἐστὶ δαΐζην
 ἀνδρὸς φεύγοντ' ὀδῶν ἐν πολέμῳ.
 αἰχρὸς δ' ἐστὶ νέκυσ κατακείμεν' ἐν κινήσει
 νῶτον ὅπιοθ' αἰχμῆ δαυρὸς ἐληλαμνί' .
 ἀλλὰ τις εὖ ληθεῖας μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
 σπρηχθεῖς ὄπι γῆς, χεῖλ' ὀδῶσι δακῶν·
 μηρὸς τε κνήμας τε κιάτω, καὶ σέρνα καὶ ὤμους
 ἀσπίδ' εὐρείης γαστρὶ καλυψάμεν' .
 δεξιτερῆ δ' ἐν χερσὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχ',
 κινείτω ἢ λόφον δένον ὑπὲρ κεφαλῆς.
 ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα διδασκείω πολεμίζην,
 μηδ' ἔκτος βελέων ἐσάτω ἀσπίδ' ἔχων.
 ἀλλὰ τις ἐγγὺς ἰὼν, αὐτοχεδὸν ἔγχεϊ μακρῷ
 ἢ ξίφει ἐτάζων δῆιον ἀνδρὲ λέτω:
 καὶ πόδα παρὰ ποδὶ θείς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρεί-
 ἐν ἢ λόφον τε λόφῳ, καὶ κινέτω κινέῃ. (σας,
 καὶ σέρνον σέρνω πεπαλημνί' ἀνδρὶ μαχέσσω,
 ἢ ξίφει κώπλω, ἢ δόρυ μακρὸν ἐλάω.
 ὑμεῖς δ' ὦ γυμνήτες ὑπὸ ἀσπίδ' ἀλλοθεν ἄλλ' .
 πλώσοντες, μεγάλοις βάλλετε χερμαδίοις,
 δόρασί τε ξισοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτὰς,
 ταῖσι παροπλίας πλοσίων ἰσάμενοι.
 Ἔ αὐτῶ.

τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ὄπι προμάχοισι πεισίντα.

Vir bonus, pro patria sua pugnans.

At qui urbe sua pinguibsq; aruis relictis

Mendicare cogitur, omnium est miserrimus;

Cum chara matre vagans, & sene parente,

Cumq; parvulis filiis, & adolescentula uxore.

Inuisus namq; erit ad quoscunq; pervenerit,

Indigentia victus & odiosa paupertate.

Genus suum infamat, & formam decoram turpat,

Omnis generis anxietas, & mala eum sequuntur.

Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura

Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.

At nos animo fortis pro terra hac pugnemus, & pro lis

Moriamur, nequaquam vita parcentes. (betu

O iuvenes, arte inuisem iuncti pugnate,

Neg; turpis fuga, aut timoris initium facite.

Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:

Nec pugnantes aduersus hostes vita ratione habete.

Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agi-

Grandaevis relictis ne fugite. (lia,

Turpe ensu est, si in prima acie prostratus

laceat ante iuvenes vir senior,

Candidum iam habens capus, barbamq; canam,

Animam efflans fortem in pulvere,

* Fortè Cruenta charis manibus pudenda regens,

Qua oculis intueri & turpe & indignum est.

*Et denudata corpora; * iuvenes autem prorsus decet,*

paren-
thesi in-
cludenda
sunt *.

Σ Ε Ν Τ Η Ν Τ Ι Α Ε .

ἀνδρ' ἀγαθόν, πρὸς ἣ πατρίδι μαρτάμετον.
 τίλ' αὐτῆ προλιπόντα πόλιον καὶ πάσινας ἀρχὰς
 πτωχεύει, πάντων ἔς' ἀνηρότατον·
 πηλαζόμενον σὺ μητρὶ Θίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,
 πασι τε σὺ μικροῖς, κυριδίη τ' ἀλόχῳ.
 ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέοσεται ἔς' ἑν ἵκηται,
 χρησιμοσύνη τ' εἴκη καὶ συγερῆ πεινή.
 αἰχμώτε γλ' ὅ, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδ' ὅ ἐλέγχῃ.
 πᾶσα δ' ἀθυμία καὶ λακότης ἔπιεται,
 εἴθ' ἔτας ἀνδρὸς τοι ἀλωμενὸς ἐδεμί' ὄρη
 γίγνεται, ἔτ' αἰδῶς εἰς ὀπίσω τελέβῃ.
 θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ πρὸς παῖδων
 θῆσκάμεν, ψυχέων μηκέτι φηδόμενοι.
 ὦν εἰοὶ ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μλώντες,
 μηδὲ φυγῆς αἰχρᾶς ἀρχεῖτε, μηδὲ φόβου.
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἀλκιμον ἐν φρεσὶ θυμῷ,
 μηδὲ φιλοψυχᾶτ' ἀνδράσι μαρτάμενοι.
 τὰς ἣ παλαιότερας, ὡν ἔκετι γῆνατ' ἐλαφρὰ,
 μὴ καταλείποντες φεύγετε τὰς γενναῖας.
 αἰχρὸν γὰρ δὴ τᾶτο μὲν προμάχοισι πεισόντα
 κῆσθ' πρόσθεν νεῶν ἀνδρα παλαιότερον,
 ἤδη λάκον ἔχοντα κάρη, πολίον τε γλ' ὅρου,
 θυμὸν ἀποπνεύοντ' ἀλκιμον ἐν κενῇ.
 αἱματόεντ' αἰδοῖα Θίλας ἐν χερσὶν ἔχοντα,
 αἰχρὰ τὰ γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν,
 καὶ χροῖα γυμνωθέντα νεοῖσι ἣ πάντ' ἐπέσικεν,

NAVMACHII

*Vt pubertatis flos sit eis pulcher *.*

Viris quidē mortalibus, et mulierib. visu amabilis (rit.

Est, vivus adhuc. strenuus aut, si in prima acie ceciderit.

Sed progressus ad pugnam quispiam maneat viroq, pede

Terra infixo, labia dentibus premordens.

FINIS CARMINVM

Tyrtæi.

EX NAVMACHII SCRIPTIS
sententiæ.

Pulchrum sanè est, corpus castum habere, intè
Etamq, manere

Virginem, & puris semper cogitationibus delectari:

Nec onus circa laboriosa illa gestantem,

Neq, dolores trementem suspiriosos Lucina:

Sed permanere quasi reginam imbecillimum mulierum,

Oculum anima splendidum ad eam vitam erigendo,

In qua gloriosa verèq, sunt nuptia, ubi commixta

Divinis verbis lumine plenas meditationes parit.

Quòd si te aliena vita desiderium capit,

De ista quoq, præsciens dicam, quò te oporteat conficere

Navigationem, ut aiunt, secundam animo lato.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreverint:

Et si fuerit prudens, felicissima es: sin aliter

Virum sortita fueris, ferre & ipsum oportet.

Sed

ὄφρα ἄρα τ' ἤβης ἀγλαὸν ἄνθ' ἔχη.
 ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδέειν, ἐρατὸς ᾗ γυναιξὶ
 ζωὸς ἰὼν, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεισῶν.
 ἀλλὰ τις εὖ λαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
 κρηχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλ' οὐδ' ἴσιν δακῶν.

Τ Ε Λ Ο Σ Τ Ω Ν

Τυρταίης.

[Ε Κ Τ Ω Ν Ν Α Υ Μ Α -

χίς , γ ν ω μ ι κ ἄ .

Κ αλὸν μὲν, δέμας ἀγνὸν ἔχον, ἀδμητὰ τε μί-
 μνη
 παρθενικῶ, καθαροῖσι τ' αἰεὶ μελεδήμασι χαίρων :
 μή τε βαρυτλήτων λαγόνων πύρι φόρτον ἄγασαν,
 μή τε πόνον τρομέσαν ἀγάστονον εἰληθῆης :
 ἀλλ' ἠδ' βασιλῆαν ἀφαιρῶν θηλυτεράων,
 ψυχῆς ὄμμα φαφνὸν ὑπὲρ βιότοιο χέεσαν,
 ἔνθα γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθείαι, ἔνθα μιγῆσαι
 θεασεοῖσι ἐπέεσι νοήματα φάειά τίκτῃ.
 εἰ δέ σε καὶ ξυνοῖο πόθ' βιότοιο λιχάνῃ,
 καὶ τῷτο προδακίς ἐρέω. πῶς χεῖρε πόρῃσαι
 τὸν πλῆν, ὡς φασιν. τ' δευτέρου εὐφρονι θυμῶ.
 ἔσω σοὶ πόσις ἔτ' ὄν, ὃν ἂν κρινῶσι τοκῆες :
 καὶ ἂν μὲν εἴη πιτυτὸς, σὺ μακαρτάτη· εἰ δέ κεν ἄλλως
 ἀνέρεα μοιρήσαιο, φέρει καὶ τῷτον ἀνάγκη.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

S E N T E N T I A E.

Apollo ad Solonem.

*Puppe gubernator media stans dirige cursus :
Subsidio multi veniens, ne differ, Athenis.*

Eiusdem Solonis.

*Grataq; sunt Veneris nobis, & dulcia Bacchi,
Quaq; viris Musa munera lata ferunt.*

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libet.

Finis carminum Solonis.

E T Y R T Æ O, C L A V D.

Monfello interprete.

Non ego vel cursus, vel clara nomina lucta,
Commemorare virum nec celebrare velim:

*Nec si corporeis Cyclopes viribus aequet,
Et celarem currens anteuolet bobream:*

*Nec si Tithono fuerit formosior ipso,
Sitq; Nida longè ditior, aut Cinyra:*

*Nec si vel Pelope audaci magis regius esses,
Linguaq; Adrastao plena lepore fluat:*

*Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica virtus:
In bello quoniam strenuus esse nequit,*

*Si non sustineat cadem spectare cluentam,
Conferat & denso primus in hoste manum.*

*Illa quidem virtus, atq; optima pramia ferri
A iuuenis ingenti nec sine laude solent.*

*Spes & fida salus populi est totius & urbis,
Qui primos inter continua arma gerit:*

Nec

Nec fugere omnino didicit, nec vertere terga,
 Audaci est animo: suncta pericla subit.
 Horraturq; mori socium, & discrimina ferre,
 Ille vir in bello strenuus vnus erit.
 Iamq; hostile premens magna vi contudit agmen,
 Rexis & arbitrio nobile Martis opus:
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,
 Postquam ictus crebros dissecto vmbone recepit.
 Vndiq; vulneribus saucia membra gotens.
 Illum omnes pariter deslent iuuenesq; senesq;,
 Et summa exequias vrbs pietate facit.
 Mulrus honos tumulo, natiq; rependitur eius,
 Et soboli illorum, qua genus inde trahet.
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:
 Immortalis enim est, sit licet in tumulo,
 Quisquis in arma rñens, nec sauo à Marte recedens,
 Pro patria & natis fortiter occiderit:
 Si verò incolumis mortem vitatis acerbam,
 Rettuleritq; suo parta trophaa manu.
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;,
 Et bona percipiens plurima latus obit:
 Affectus senio toti gratissimus vrbi est,
 Prorsus & hunc ipsum ledere quisq; canet.
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,
 Nullus & aqualis se equiparare velit.
 Ergo aliquis tanta virtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectore bella petens.

S E N T E N T I A E.

Eiusdem, vel Callini.

O iuuenes, quid vult sibi tanta ignauia? vbinam

Sunt animi? num de finitimis rubor est

Segnitiam ob vestram? securapace positi.

Creditis: at bella patria tota tremat.

Quilibet audacter maiortia surgat ad arma:

Atq; aliquis moriens vltima tela vibret.

Propatria pulchrum est, natisq; & coniuge chara

Pugnare, & valida bella ciere manu.

Mors aderit, cum fata volent, iam quis mihi rectè

Prodeat in pugnam, cum citò cepta fuit,

Tollens terribili gladium virtute, tegensq;

Fortia prògrandi pectora sub clypeo?

Effugere haud vlli mortem conceditur, etsi

A superis ortum duceret ipse suum.

Sape quis à bello, relisq; reuersus, & hoste,

Repperit in proprijs adibus exitium:

Nec tamen hic gratius populo est, nec amabilis vlli:

Illum autem deslet cum iuniore senex.

Quippe sui desiderium post fata relinquit

Fortis, at in vita est semideo similis.

Conspicitur siquidem veluti fortissima turris:

Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcida sed enim genus insuperabile, forti

Est animo: nondum flexa louis facies.

Vos ne turba virum. densus ne terreat hostis:

Omnis in aduersos obuia tela gerat.

Inuisamq; adeo statuens abrumperet vitam,

TYRTAEI

Praecipiti cursu malis obivo semel.
 Nostis enim quàm sine horrentia praelia Martis,
 Nostis & armigera quanta sit ira dea.
 Terga cecidistis partim, partimq; fugati
 Estis, & experti scitis utrumq; satis:
 Qui perstant simul, & primi certamina tentant,
 Audentes animo cominus arma sequi,
 Porpacci moriantur, & à tergo agmina seruant:
 Ast hominis tumidi gloria tota perit.
 Vix mala quis verbis perstringere singula possit,
 Quae vir, qui in bello turpia gessit: habet:
 Nempe ingens ignominia est, fugitare parantem
 Lethali gladio terga secare viri:
 Turpe & puluërea stratum tellure cadauer,
 Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
 In terra, stricto dente labella premens:
 Et latum obijciens clypeum protendat ad ictus,
 Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegat:
 Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,
 Et summo pendens vertice crista tremat.
 Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:
 Nec procul à telis perstet habens clypeum.
 Congrediens aliquis gladium vibrando, vel hastam,
 In pugnam, socium cominus accipiat.
 Cum pedibusq; pedes, cum scuto scuta coaptans,
 Cum crista cristam, cum galea galeam:
 Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,
 Sive tenens hastam, sine tenens gladium.

S E N T E N T I A B.

At vos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
 Grandia praua lida mittite saxa manu:
 Atq; hostes contra teretes torquete sagittas:
 Nec quis ab armatis ausit abesse viris.

Eiusdem.

Gloria magna viri est, qui primas ante phalangas
 Occurrit, patria nomine bella gerens.
 At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,
 Mendicans victum querit vbiq; suum,
 Et chara cum matre, sene & genitore vagatur,
 Vxorem iuuenem & pignora parua trahens.
 Namq; odiosus eris, quamcunq; migraris in urbem,
 Vt qui pauperiem, per graue gestet onus,
 Et genus infamat, & forma turpat honorem:
 Denique & anxietas & dolor omnis adest.
 Atq; viri tandem per tot discrimina tracti
 Quis pudor? aut qua animum tangere cura potest?
 His nos pro patria, & nati moriamur in armis,
 Nec vitam metuat perdere quisq; suam.
 O iuuenes propè conferti Mauortis obire
 Prælia, nec turpi vertite terga metu:
 Audaces quin este animis, & pectore forti,
 Inter pugnandum nec sit obire graue.
 At queis iam nec membra vigent, & quassa pedum vis,
 In bello pudeat deseruisse senes.
 Infame hoc & turpe nimis, iuuenum ante cateruas
 Inprimis senior si cadat agminibus:
 Canos iamq; gerens barba, capitūq; capillos,
 Exhalans animam pulueream per humum:

Atq;

Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,
Cernenda iratis non nisi luminibus :

Omnia persimilis iuueni, conamine magno
Ut pubertatis flos sibi detur, agit.

Ille oculis hominum gratus, dum vivit, habetur :
Strenuus at primis casus in agminibus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
In terra, stricto dente labella premens.

E N A V M A C H I O, SIM. VAL.
Iamberto interprete.

Expertem veneris satius mansisse, pudore
Indomito, & puris meditari gaudia curis :

Atq; vtero nullum gravidanti tollere pondus,
Lucina & duros non formidare labores.

Ast in foemineo reginam accumbere coetu,
Mentis eò vita mittentem lumina, verum

In qua connubium pulcrumq; iugatur, & in qua
Diuinis claros monitis parit obsita sensus.

Quod si te ignota vitæ subit alta cupido,
Dicam equidem prudens, qua tu ratione secundis

Hanc ducas nauem ventis, ac pectore lato.

Hic tibi sit coniux quem decreuere parentes.

Vives, si fueris prudentem nacta beatè :

Sin secus, hunc animo fas est tolerare libenter.

Quod si quid suadens prudenti fuderit ore,

Obsequitor : morum nec sit discordia, blandis

Ac potius verbis tristes huic exime curas.

Est indignanti coniux doctrina marito,

Ille foris tractet que possit munera rerum :